Offerens Intromissionis sub pœna Banitionis Decreta est nec
non de eadem Summa Centum Quinquaginta florenorum polon.
atque luitis pœnis Quatuordecim Marcarum polon. per Judicium
Tribunalitium Regni Lublinensis pro præmissis adiudicatis in
eodem Decreto contentis atque de Decreto eiusdem Tribunalii rigore
et pœna Banitionis sibi requisiti modo præmisso per omnia
abscessis ob positionem per eosdem Grosos Thomislawskie in
omnibus satisfactionem quietat emittit dimittit liberosque et
absolutos cum posteris facit Decretum praefatum et omnia
eius contenta ipsamque pœnam Banitionis in toto et per om-
nia Cassat annihilat et perpetuo mortificat Hac sua per-
sonali recognitione ad præmissa omnia mediante

Krasicki Gołaskiemu roborat.

66

Ex Copia

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibus
Castrensibus Capitaneal. Premisliensis Magnificus Martinus Constantinus
de Siecin in Krasiczin Krasicki Pocillator Terræ Premisliensis
Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Jurisdictionibus
Jurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo
præsenti Vero Castrensis Capitaneal. Premisliensis Jurisdictioni quoad
Actum modernum attinet Secum Successoribus ac bonis suis ge-
neraliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo
palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipsemet
ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus
Summisque quibusuis pecuniariis habitis et habendis inscribit

et obligat praesentibus Scriptum certum manuale per se recognoscentem in rem et manus Gnosi Alberti Golaski Rationecertarum rerum et conditionum in eodem Scripto contentarum de Actu et data illius Premisliae die Octava Februarii Anno praesenti confectum et conscriptum datum manu sui Recognoscentis propria subscriptum, In omnibus et singulis eiusdem Scripti manualis Conditionibus punctis clausulis Articulis Vadio ligamentis ac nexibus generaliter Universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusq et singulis eiusdem Scripti manualis contentis tam in toto quam in parte toties quoties opusfuerit satisfacere scriptum praefatum manuale ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictum scriptum Vicissim in toto referendo Idq sub Vadio Termino Quatuor Millium florenorum polonicalium per eundem recognoscentem Magnum Krasicki Pocillatorem Terrae Premisliensis sive eius posteros supradicti Gnosi Golaski aut illius Successoribus ob non completionem contentorum scripti praefati manualis omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opusfuerit ad solvendum succumbendo Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac re aliqua principali ex praemissis non completa complenda Citatus existens Memoratus recognoscens Magnus Martinus Constantinus de Siecin in Krasiczyn Krasicki Pocillator Premisliensis cum suis posteris ad Instantiam supradicti Gnosi

Alberti

Alberti Golaski sive illius Successores ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense Eatunc recessu Successivo quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio Stare Iuri parere respondere Vadium Stachem luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur Seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. illum Terminum primum peremptorium Vti et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum, servitio militari ad munimentum ad Quietorem Vel aliis quibusvis dilationibus et Legalibus impedimentis non differendo, ad quietorem praeterea Vltra praesens Officii Castri Castrensis Capitaneals Premisliensis Terminos dilationes sibi non recipiendo. Nullasq motiones appellationes ac earum prosequtiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalitiis Iuris praescriptione Terrestri bello conventioneq ac aliis quibusvis Iuris remediis et defensis non subterfugiendo Nec modo quovis alio evadendo. Actis ... praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Quietatio finita ex post pag. 67 Branicki libera ...

Podolski Podolskiego Quietal.